

PSALMVS CXLVI.
ARGVMENTVM PSALMI.

Hymnum habet hic quoq; Psalmus: & quemadmodum quatuor sequentes, orditur à voce halleluiah: id est, laudate Dominum, & in eandē desinit. Auocat etiam Vates à fiducia principum, & felicem prædicat eum, qui spem suam collocat in Dominum: ac simul quadam illius beneficia in miseros & adstrictos collata deprecatur.



ALLELUIAH. *Lauda anima mea Dominum.*

VERS. I.

2. *Laudabo Dominū in vita mea: psallam Deo meo, quā diu fuero.*

3. *Nolite confidere principibus: filio hominis, cui non est salus.*

4. *Exibit spiritus eius, reuertetur in terram suam: in die illa peribunt cogitationes eius.*

5. *Felix ille, cui Deus Iacob adiutor est, cuius spes est in Domino Deo ipsius.*

6. *Qui fecit cælos & terrā, mare, et quæcūq; in illis sunt: qui custodit fidē in seculū.*

7. *Qui facit iudicium calumniam patientibus, dat panem esurientibus, Dominus soluit compeditos.*

8. *Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit depressos.*

9. *Dominus diligit iustos: Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam subleuat, & viam impiorum disperdit.*

10. *Dominus regnat in seculum, Deus tuus Ziyon, in generatione & generatione: Halleluiah.*

Pupillum & viduam subleuat.] Ebr. *וַיִּשְׁעֵהוּ* quæ vox ponitur pro *וַיִּשְׁעֵהוּ*: id est, *Exaltauit.* Græc. & vulg. *LECTIO.*
Lat. legunt: *Suscipiet.* Sic & Hieron. Pagn. *Bleuabit.* Cætera commodè satis habent. *VERS. 9.*

Halleluiah.] Sic præcentor populum ad laudandum Dominum hortatur. Deinde se ipsum ad laudem Dei excitat, dicens: *EXPLA-*

Lauda anima mea Dominum.] Sic suprâ etiam Psal. 103. & 104. animâ suam ad laudandum Dominū prouocat, cum dicit: *Benedic anima mea Domino.* Subijcit vers. 2: *NATIO.*

Laudabo Dominum in vita mea.] Sic anima Psaltis ad laudem Dei prouocata respondet, significans se omnium esse ad laudandum Dominum paratissimam, nec vnquam ab eo proposito discessuram. *VERS. 1. & 2.*

B Rem autem eandem bis dicit, ad exprimendum animi ad laudem Dei propendentis amorem.

Nolite confidere principibus.] Duobus istis versibus, 3. & 4. dehortatur quosuis, & auocat à fiducia eorum, qui principatum obtinent in Mundo. *Nolite, inquit, confidere principibus.* Ebr. est *וַיִּשְׁעֵהוּ*: quæ vox non tam potentia, quàm magnificentia ac liberalitatis significationē habet, & pro principibus ponitur, quod illi, vbi videtur esse optimi, liberales & munifici apparent. Qui tales sunt, plerunq; inferiorum animos ad se trahunt vt ab ipsis quasi protectoribus ac dijs quibusdam pendeant. Huiusmodi fiducia Spiritus S. reprobatur, dicens: *Nolite confidere principibus.* Addit: *Filio hominis.* Q. d. quorū quisq; quātus quātus sit, vel dignitate, vel potētia, filius est hominis, & nō Deus. Quare autē nemo illis fidere debeat, subiungit, dicens: *Cui nō est salus:* hoc est, cui nulla est saluandi virtus. Non potest id præstare, quod ab eo expectatur. Deinde addit: *Exibit spiritus eius, reuertetur in terram suā.* hoc est: Mortalis vitam suam ipsius retinere nō potest. Deinde, terra est, & in terrā suā reuertetur. Tertiò & id accidit, quod in eo ipso die, quo moritur, omnia illius cōsilia, studia & cogitata pereunt & irrita redduntur. Quid enim præstare poterit mortuus? Quapropter stultum fuerit pendere ab illis, qui iuuare nō possunt.

Felix ille, cui Deus Iacob adiutor est.] Postquam à fiducia carnis auocauit, consequenter ad spem in Deum collocandam hortatur. *Felix, inquit, ille est:* vel, *Bene est illi, cui adiutor & auxiliator est Deus Iacob,* Q. d. Vt miser est & infelix, quisquis fiduciam collocat in filium hominis: ita felix est, quisquis Deū verum adiutorem habet, & spe firma ab illo pendet. *VERS. 5.*

Qui fecit cælos & terras.] Vt declaret, quare felicem vocet eum qui Deū habet auxiliatorē, & in hunc sperat, encomia operum Dei subiungit, è quibus pateat, quid sibi cōmodi ex illo pius animus polliceri debeat. Principiò dicit: *Qui fecit cælos & terrā, &c.* Q. d. Qui est creator & cōseruator omnium, adeoq; solus ac verus Deus, plenam omnium habens potestatem, vt à se pendentibus, quacūq; necessitate premantur, opem ferre queat. Deinde, vt declaret etiam illius bonitatē ac beneuolentiam, quod iuuare non solum possit, sed & velit, ideoq; iuuet etiam, subiungit: *Qui custodit fidem in seculū:* hoc est, Qui fidei ac veritatis amans est ac seruans in sempiternū, & omnia fideliter dispensat, nec patitur, vt quisquam à se pendens, spe sua frustretur. Hanc particulam in sequentibus amplificat. *VERS. 7.*

Qui facit iudicium calumniam patientibus.] hoc est: Causam eorū, qui per iniuriam premuntur, nec aliud auxilij in humani iudicij foro inueniunt, ad suum iudicium transfert, & adstrictos liberat.

Dat panem esurientibus.] hoc est: Pro fide ac bonitate sua pascit famelicos, vt nō sit opus subleuandæ necessitatis huius gratia pendere ab vllō homine.

Dominus soluit compeditos.] Q. d. Etiam si captiuus sis, non esse necesse, vt speres auxilium ab homine. Nam Dominus est, qui vincula compeditorum soluit.

Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit depressos.] hoc est: Vbi nulla humana cura quicquā potest, ibi succurrit diuina. Etiā si cæcus sis, nō est, vt de ope Domini desperes. Nā cæcos ipse illuminat, Dominus, inquit, erigit depressos. Quasi dicat: Si potentū violentia depressus fueris, spera in Dominū. Ipse erigit depressos. *VERS. 8.*

Dominus